Feria Tertia post Festum Sanctæ Dorothea Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo

8/II

Koblanski Sozanskiego Quietat.

Coram Officio et Actis præsentibus Castrensis Capitanei Premisliensis Comparens personaliter Nobilis Iwan Koblanski, olim Nobilis Iwanko Koblanski Raszkowicz Filius sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo Prosenti vero Castrensi Capitanei Premisliensis Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet. se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia Ipse Nobilem Iwan Sozanski olim Nobilis Jacko Sozanski Filium eiusque Posteros de summa Centum florenorum polonicorum per eundem Nobilem Sozanski originaliter sibi Recognoscenti Coram Actis Officij præsentis in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo inscripta et super bonis suis proprijs et Hæreditarijs Nempe Media Quarta Agri Haweydyska dicti in longitudinem a Granicie Strusewska ad granitiem Staromieyska Item Pulmiarek ieden Pola na Wielkim Błoniu in villa Sozanie Terra et Districtu Premisliensi Consistentibus Modo Obligatorio ad solvendum assecurata Deinde per se Recognoscentem Nobili Martino Sozanski Actis Officij præsentis Condescensa per memoratum vero Nobilem Martinum Sozanski sibi Recognoscenti rursus transfusa Tum de eadem ipsa Inscriptione Obligatoria Castrensi Premisliensi Quietat emittit dimittit Liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem eandem Obligatoria

riam Castren. Premislien. Castat mortificat et annihilat, ac de bonis condescendit. Recognoscens sibi summam eiusdem Centum florenorum polonorum ab eodem Nobili Iuan Sozanski praestitam esse persolutionem.

Kochanowski Gostwickiemu Donat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneatus Premislien. veniens personaliter Thomas Franciscus Kochanowski olim Thomae Hieronimi Kochanowski venatoris Sendomirien. Cum olim Thoma Catharina de Tarnawa consorte eius legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premislien. Iurisdictioni quoad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporandi atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria videlicet totam et integram Villam Rakowa et Wola Rakowska cum Curia et Praedio ibidem sitt in Palatinatu Russiae Terra vero et Districtu praesenti Premislien. iacentes et consistentes cum omni eorundem bonorum Iure Dominii proprietate haereditate titulo haereditario, omnibusque et singulis eorundem Bonorum Utilitatibus fructibus proventibus Redditibus Commodis emolumentis obventionibus. Item Agris Pratis Campis Pascuis Sylvis Boris Lacis nemoribus indaginibus Rubetis Vepretibus Hortis Pomariis Apisteriis Apum Mellificiis Sepibus sepimentis Horreis Molodiis Fluviis Fluminibus rivis rivulis torrentibus Aquarum decurribus Stagnis Piscinis Magnis et Parvis Lacubus Paludibus Molendinis Tabernis Aedificiis et Structuris quibusuis. Nec non subditis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis tam eiusdem Bonis residentibus quam alibi profugis quorum repetendorum facultas infrascripto Donatario praesentes Concedit, eorumque Laboribus Censibus Dationibus Vecturis Munis obsequiis et Officiis quibusuis attinentiisque et pertinentiis generaliter